



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

9. An ignorantia vincibilis Mysteriorum Fidei sit speciale peccatum in confesione explicandum? Et an in ordine ad confessionem sit necessarium explicare, cuius præcepti Decalogi fuerit ignorantia, & ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

Tractatus Sextus.

346

doctissimo Ioanne Maldero in p. i. D. Thome, q. 76.
art. 2o vbi sic afferit.

Sup. contento in hoc §.
id est in Ref.
9.9. Et tandem
& regerit
§. & magna
la in alia
Ref. prae
dictorum §.

3. Quares, quando quis peccat ex ignorantia, suntur duo ibi peccata, unum ignorantiae, alterum quod ex ignorantia admittitur: v.g. est aliquis, qui ex vincibili ignorantia non legit horas canonicas, ad quas ratione Ordinis tenetur, an ne ille peccet duplci peccato, uno ignorantiae, altero contra virtutem Religionis: Pro responsione obseruandum est, ignorantiae peccatum dependere ex obligatione sciendi, obligatio autem sciendi interdum ex eo folio pendet, q. od obligemus aliquid facere, vel omittere, ad quod faciendum, vel omittendum opus est cogitatione eius, aliquando autem prouenit obligatio sciendi ex peculiari precepto, quo tenemur habere scientiam, cāmque nobis comparare. Quo supposito, respondeo, quando obligatio est prioris generis, peccatum ignorantiae, & peccatum, quod ex ignorantia fit, non esse duo peccata, aut duplēcē malitiam, quia tantum incurrit ea causa in peccatum ignorantiae, quando per eam incurrit in periculum incidenti in aliquod peccatum, siue illud sequatur, siue non. Quando vero obligatio sciendi est posterioris generis, ignorantia est peccatum per se, etiam non fuerit per culm alterius secuturi ex ea peccati, & quando ex illa ignorantia aliud peccatum admittitur, sent ea peccata distincta. In d. etiam si fuerit solum periculum alterius peccati specie distincti, conūcum cum peccato, talis ignorantiae; fieri poterit concurrente sufficiente adverentia illius periculi, ut contrahatur præter malitiam ignorantiae, etiam malitia illius speciei, verbi gratia, si quis ex ignorantia culpabilis Decalogi, incidat in peccatum homicidij, duplex peccatum admisit, unum negligenter sciendi illud, quod scire poterat, & debebat, videlicet Decalogum, alterum homicidij. Eadem est ratio Confessari ex ignorantia eorum, qua ad officium suum pertinet, absoluens eum quem non potest abstinere. Hac omnia Malederius; vide etiam Adamum Tannerum in part. 2. disp. 4. quest. 9. dub. 1. num. 12. & 13. & alios penes ipsos tractantes propositam questionem, videlicet, virum ignorantiae vincibilis sit peccatum speciale, id est distinctum ab eo, cuius est caula. Sed de hac questione iterum redit sermo, vbi contra Malederum, & alios Doctores supra, citatos multis differat, licet omnia supra dicta probabilita sint.

RESOL. VIII.

An aliqua ignorantia, que alias esset mortaliter culpabilis, que non sit affectata, aut crassa excusat à transgressione preceptorum humanorum; quia ius humani non obligat cum tanto rigore, ut obligat ius diuinum?

Et an peccatum ex ignorantia culpabilis, vel scientia commissum, non ita differat, ut necessario debat in confessione eius differentia explicari, videlicet, an fuerit commissum ex ignorantia culpabilis, an scienter?

Et quid, si peccatum procederet ex ignorantia affectata liberius peccandi: an tale peccatum sit explicandum in confessione, tanquam constitutus speciale malitiam? Ex part. 4. tract. 4. & Milcell. Resolut. 35.

Sup. hoc ali. §. 1. P Rima sententia negat, sic Castrus Palau in quid in Ref. seq. sed pro omnibus lo- citina le-

P Roma sententia negat, sic Castrus Palau in quid in Ref. seq. sed pro omnibus lo- citina le-

culpabilis, & transgressio precepti ex tali ignorantia mortaliter non sit; nam tota malitia transgressionis consistit in negligencia culpabili sciendi preceptum, immo potius non est alia malitia omissionis, v.g. ieiuniū, vel Misericordia, quām est in illa culpabili negligencia; si ergo illa negligencia est culpabilis mortaliter, omissione culpabilis mortaliter erit, nequit ergo negligencia culpabilis mortaliter reddere violationem ventilator culpabilem. Ita Palau, & ante illum Suarez in 3. p. 10. 3. disp. 8. 2. sect. 3. ver. secundum dubitari solet.

2. Secunda sententia affirmat. Ita Bonacina in Decal. disp. 2. q. 8. punct. 3. n. 2. 1. Sanchez in San. tom. 1. l. 1. c. 17. n. 19. Valentia in 2. disp. 6. q. 6. punct. 3. ver. potest etiam. & alii assertentes à transgressione preceptorum humanorum excusare etiam ignorantiam in unicib. que in aliis materia. effet mortaliter, dummodo non sit crassa, vel stupra, quia ius humanum non obligat cum tanto rigore ut obligat ius diuinum; sed has tententias pugnantes conatur conciliare Melilla in disp. Tneol. tom. 2. disp. 1. c. 2. dub. 10. n. 167.

3. Verum quicquid sit, certum est non peccare factum mortaliter transgrexentes precepta Ecclesie, v.g. ieiuniū, obseruationis festorum bona fide, ex causa quam sufficientem putant, quia in reuera sufficiens non sit, quia cum precepta sunt humanae, non obligant cum tanto rigore, ad inquirendas causas excusantes, & collendam ignorantiam, ut obligant precepta iuris naturalis. Ita Cajetanus in fine, ver. Iterum c. 3. & ver. Feitorum violato. Henriquez lib. 9. c. 25. n. 10. Azorius tom. 1. lib. 7. c. 7. q. 4. in fine. Leffius lib. 4. c. 2. dub. 5. n. 30. Armilla ver. Iterum c. 2. c. 6. & ver. Feitorum n. 10. Emanuel Sa ver. Iterum c. 1. 4. & alii.

4. Nota etiam, peccatum ex ignorantia culpabilis, vel scientia commissum non ita differt, ut necessario debas in confessione coram differentiam explicare, videlicet an fuerit commissum ex ignorantia culpabilis, vel scienter. Ita Tannerus in 1. 2. disp. 4. quest. 9. dub. 1. v. 26. Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 11. sect. 4. num. 14. Secus autem si peccatum procederet ex ignorantia affectata liberius peccandi, & sine mortali; nam in tali causa Castrus Palau loc. cit. punct. 6. num. 3. putat tale peccatum esse explicandem in confessione, tanquam constituentem speciale malitiam aduersantem voluntati Deo feruendi; sed Sanchez vbi supra, cap. 17. in fine, tenet tale peccatum esse declarandum tanquam solum augentem malitiam.

RESOL. IX.

An ignorantia vincibilis Mysteriorum Fidei sit speciale peccatum in confessione explicandum? Et an in ordine ad confessionem sit necessarium explicare, quin precepti Decalogi fuerit ignorantia, & secus in ignorantia Mysteriorum Fidei?

Ex quo infert ignorantia vincibiliter plures articulos Fidei, non committere plura peccata, specie disjuncta; & secus vero si ignores plura precepta Decalogi, vel Ecclesie.

Et an ignorantia vincibilis preceptorum Decalogi sit speciale peccatum? Vnde sequitur, quod qui ex ignorantia culpabili negliget scire preceptum non forniciandi, &c. non committit duo peccata mortalia, si de facto fornicietur, occidat, &c. unum negligentia sciendi huiusmodi preceptum, alterum fornicationis; & ideo sufficit, ut in confessione dicat, forniciatus sum, &c.

Et quid est sentendum, si huiusmodi ignorans preceptum non forniciandi, de facto non fornicietur; si teneatur adhuc tam culpabilem ignorantiam, ac negligenciam

gentian conficeri, quia periculo transgrediendi illud
præceptum se exposuit, & consequenter voluit trans-
gressione illius.

*Idem est de ignorantia vincibili errorum, que quis scire
tenetur ratione specialis muneris, ut Confessarij, in-
dicis, &c. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 164. alias 165.*

Sup. hoc cap. §. 1. E se peccatum speciale docuerunt Vafquez
in his 7. lego
dicitur eius
2. disp. 4. q. 9. dub. 1. n. 12. Sanchez in summa, to. 1. l. 1.
q. 6. & p. 11.
cap. 17. num. 11. Filiucus tom. 2. tract. 2. 1. cap. 10.
dico. Ref. & num. 165. Henriquez lib. 5. cap. 6. num. 3. *inglossa* lite-
ra F. & Curiel. in part. 2. q. 7. 6. art. 2. dub. 2. §. 4. vbi
decit ignorantiam vincibilem articulorum fidei habe-
re, non solam malitiam peccati, cuius periculo se
exponit, v. g. omissionis actus fidei tempore, quo
obligat præceptum credendi, aut afferendi aliquid
contra fidem: sed etiam aliam distinctam specie,
qua consistit in negligentia addiscendi articulos,
qua opponitur virtuti studiositatis. *Hæc* opinio est
probabilis.

2. Verum contrariam sententiam tuerit ex multis
rationibus Merolla disp. 1. c. 2. diff. 3. n. 697. vbi ta-
men n. 699. notatur, ignorantem vincibiliter mysteria
fidei, quamvis de facto nihil contra sentiat, neque
adit tempus, quo quis tenetur ea credere, teneri
hanc ignorantiam confiteri; quia non curando eo-
rum scientiam acquirere, ad quæ tenebatur, expo-
suit se periculo sentiendo aliquid contra fidem, aut
omittendi assentiri illis occurrente tempore, quo ad
id obligatur, & consequenter mortaliter peccatus;
hoc autem peccatum non est distinctum ab eo, quod
committitur sentiendo actu ignoranter aliquid con-
tra haec mysteria. Prima opinio videtur probabilior,
& omnino tenenda.

3. Notandum est etiam h̄c cum dicto Merolla
num. 700 in ordine ad confessionem esse necessarium
explicare cuius præcepti Decalogi fuerit ignorantia,
scus verò in ignorantia mysteriorum fidei. Et ratio
est, quia ex diuersitate præceptorum Decalogi, vel
Ecclesiæ, eo quod ita vincibiliter ignorans exponit
se periculo admittendi peccata specie diuersa secun-
dum præceptorum diuersitatem. At verò ignorans
vincibiliter mysteria fidei, non se exponit pericu-
lo committendi peccata specie diuersa iuxta diuer-
sitatem mysteriorum, sed semper peccatum est eius-
dem speciei, cuiuscumque mysterij sit ignorantia,
qua opponitur eidem præcepto, ac virtutis; unde
infurit ignorantem vincibiliter plures articulos
fidei, non committere plura peccata specie distin-
cta, scus verò si ignoret plura præcepta Decalogi,
vel Ecclesiæ.

4. Sed difficultas est, an sic ignorans vincibiliter
plures articulos fidei, plura peccata saltem numero
distincta admittat? Affirmative respondet Marullus
vbi *sprā*, sed negativa sententia est etiam proba-
bilis, quam tuetur Pater Suarez tractat. de fide, dis-
p. 1. 2. disputat. 1. 2. capit. 3. & *disputatione* 119. ca-
pit. 2. & 3. respondent, quod ignorantia atque
sciendi negligentia earum rerum, quarum cognitio
per se, sine ratione sui præcipitur, est speciale pec-
catum oppositum ei virtuti, quæ in talium rerum
cognitione versatur; videlicet negligentia in cognoscendis
fidei mysteriis credendum necessariis, est
peccatum fidei oppositum; ignorantia autem atque
cognoscendi negligentia earum rerum, quarum co-
gnitio non per se præcipitur, vel prohibetur, non
est speciale peccatum, sed accipit speciem suam à le-
gis transgressione, cuius causam, vel periculum præ-
bet: v. g. vincibilis ignorantia, utrum ieiuniū dies
sit, quo carnem comedis, pertinet ad peccatum in-
temperantia, vincibilis ignorantia, utrum Sacerdos
sit, quem percusis, ad peccatum sacrilegij, ne-
que tunc refert ad formalem peccati malitiam, utrum
revera dies ille ieiuniū sit, vel utrum Sacerdos, qui
percutitur, sufficit si suberto dubio & non disculfo
committi te periculo taliter peccandi.

5. Et tandem ex his omnibus aliqui inferunt con-
tra Curiel in part. 2. quest. 7. 6. art. 2. dub. 2. §. 4. & con-
tra Maledictum etiam in part. 2. quest. 7. 6. art. 2. quod

ignorantia vincibilis præceptortum Decalogi, non & legem etiam
est speciale peccatum, vt verbī gratia, ignorantia
culpabilis præcepti de non fornicando, non est spe-
cialē peccatum oppositum distincte virtuti, ac diuer-
sæ à virtute castitatis, cui fornicatio opponitur. Vnde
sequitur, quod qui ex ignorantia culpabili negli-
git lege præceptum non fornicandi, non commitit
duo peccata mortalia, si de facto fornicetur, vnum
negligentia sciendi huiusmodi præceptum, & alterum
fornicationis; & ideo sufficit, vt in confessio-
ne dicat, fornicatus sum. Quod si huiusmodi igno-
ranti præceptum non fornicandi de facto non forni-
cetur, tenetur adhuc eam culpabilem ignorantiam,
ac negligentiam confiteri; quia periculo transgredi-
endi illud præceptum se exposuit, & consequen-
ter voluit in causa transgressionem illius. Sufficiet
autem dicere in confessione, Habui voluntatem for-
nicandi. Et idem contra Maledictum, & Curiel dic-
endum est de ignorantia vincibili errorum, quæ quis

Sup. hoc in

§. 1. nor-

præterita,

et alios penes ipsos.

6. Sed hæc resolutio aliquibus non placet, quia
peccatum ignorantia constituitur ante actualē for-
nicationem, nam alijs non sequitur fornicatione non
peccaret, & proinde est ab illa distinctum, & quando
quis non fornicaretur, non posset dicere: Ha-
bui voluntatem fornicandi; quia etiam si quis igno-
ret fornicationem esse peccatum, potest tali voluntate
carere.

R E S O L . X.

*An ignorantia vincibilis sit peccatum speciale distin-
ctum ab eo, cuius est causa?*

*Et in textu huius Resolutionis multa explanantur, que
omnia quamvis aliquantulum speculativa videantur,
tamen pro Confessariis ea scire est valde necessarium.*

Ex part. 4. tractat. 4. & Misc. Resol. 37.

§. 1. **A**d hoc dubium Layman. in *Theolog. moral.* Sup. hoc sup.
lib. 1. tractat. 2. cap. 4. num. 10. & Vafquez
in 1. 2. disputat. 1. 2. capit. 3. & *disputatione* 119. ca-
pit. 2. & 3. respondent, quod ignorantia atque
sciendi negligentia earum rerum, quarum cognitio

tandem.

per se, sine ratione sui præcipitur, est speciale pec-
catum oppositum ei virtuti, quæ in talium rerum
cognitione versatur; videlicet negligentia in cognoscendis
fidei mysteriis credendum necessariis, est
peccatum fidei oppositum; ignorantia autem atque
cognoscendi negligentia earum rerum, quarum co-
gnitio non per se præcipitur, vel prohibetur, non
est speciale peccatum, sed accipit speciem suam à le-
gis transgressione, cuius causam, vel periculum præ-
bet: v. g. vincibilis ignorantia, utrum ieiuniū dies
sit, quo carnem comedis, pertinet ad peccatum in-
temperantia, vincibilis ignorantia, utrum Sacerdos
sit, quem percusis, ad peccatum sacrilegij, ne-
que tunc refert ad formalem peccati malitiam, utrum
revera dies ille ieiuniū sit, vel utrum Sacerdos, qui
percutitur, sufficit si suberto dubio & non disculfo
committi te periculo taliter peccandi.

2. Sed Tannerus in 1. 2. D. Thom. *disputatione*
quarta, *questione nona*, dub. primo, numero duode-
cimo; circa presentem quæstionem paulo alteri dis-
tingendum censet, ait enim quod quædam scire
tenebunt per se, seu sine respectu & ordine propin-
quo ad opus aliquod particulare, vel, quod idem
est, non ex sola suppositione operis aliquius par-
ticularis, quales nimis sunt articuli fidei, præcepta

Decalo

TON.
OPA
1611
III